



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. An hæc sit pars sacræ scripturæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

illo non traditur in tentationem. Nec in porcorum gregem diaboli legio habuit potestatem, nisi eam de Deo impetrasset, tantum abest ut in oves Dei habeat. Possum dicere porcorum quoque scias tunc numeratas apud Deum fuisse, nedum capillos sanctorum. Habere videtur diabolus propriam tam potestatem, si forte in eos qui ad Deum non pertinent, semel in stultam stultitiam, & in pulverem aree, & in salutem Nationibus deputatis a Deo, ac per hoc diabolo expositis in vacuum quodammodo possessionem. Caterum in domesticos Dei nihil illi licet ex propria potestate, quia quando liceat, id est, ex quibus causis, exempla in Scripturis signata demonstrant. Aut enim ex causa probationis, conceditur ei tentationis provocatio vel provocatio, ut in superioribus; Aut ex causa reprobationis traditur ei peccator quasi carnis in penam, ut Saul: & abesse, inquit, Spiritus Domini a Saule, & concutiebatur eum Spiritus nequam a Domino, & suffocabat eum. Aut ex causa cohibitionis, ut Apostolus refert datum sibi sudem Angelum satanae, ut celaretur: (Nec hanc speciem permitti diabolo in sanctos humiliandos per carnis vexationem.) Simul ut & virtus tolerantia scilicet in infirmitate perfici possit, nam & ipse Apostolus Phlegellum & Hermogenem tradidit Satanae ut emendetur, ne blasphement. Vides iam & a servis Dei facilius diabolum accipere potestatem, tantum abest ut eam ex propria possideat.

VERSUS 13.

*Quia tuum est regnum, & potentia,
& gloria in secula.*

QUESTIO I.

An hac sit pars Sacra Scriptura?

S. r. Bellarminus l. 2. c. 7. de Scriptura Sacra seu Verbo Dei. Constat etiam quaedam in omnibus Scripturis: Græcis tunc inveniunt, quæ non sunt partes diuina Scripturae, ut in Matth. 6. orationi Dominicæ additur. *Quia tuum est regnum & potentia, & gloria, in secula. Quia verba non esse de textu, sed addita a Græcis, ex duobus intelligi potest, primo ex eo quod Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus orationem Dominicam exponunt, & tamen nullam horum verborum mentionem faciunt, cum omnes isti Græce bene uenerint. Secundo ex eo quod Græci in sua Liturgia recitant quidem hæc verba, sed non continent cum oratione Dominica.*

Itacunde hoc hæreticorum imperitiores exceperunt; Hannius sceleratius esse ait, Danæus impurum & blasphemum, quo nihil sit impius, vel blasphemius. Alii mitius agunt, probant tamen additionem.

S. 2. Non est pars Scripturæ, sed ex Liturgia Græca addita sententia, ut Bellarminus, Maldonatus, Lucas Brugen, alii docent. Nam in sua Liturgia Græci sciungunt ab oratione Dominica. Solent enim talia quædam addi, ut apud nos illa *δόξα γὰρ τῇ Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto*. Rationem adducit Erasmus hoc loco. [Hanc cotinidem in omnibus Græcorum exemplaribus adiectam compertio ὅτι οὐδὲν ἢ βασιλεία καὶ ἡ δυνάμις καὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας, αἰῶνας, id est, Quoniam tuum est regnum & potestas, & gloria in secula, Amen. Verum quando nec in vllis Latinorum exemplaribus ascriptum visitur nec exponitur ab Hieronymo, aut vllis prioribus interpretum, præter Chrysostomum & huius abbreviatorem recentem Theophylactum, apparet ex solenni consuetudine, sic additum, ut Angelicæ salutationi quædam adiecerunt nec ab Angelo dicta, nec a quopiam alio. Nam benedicta tu in mulieribus Elizabeth verba sunt. Et: Quia peperisti seruatore animarum nostrarum, a nemine dictum est. Consimili studio additum est in fine Psalmorum, Gloria Patri: Proinde

non est cur Laurentius Valla stomachetur bonam præcationis Dominicæ partem fuisse decurtatam: Magis taxanda fuerat illo um temeritas, qui non veriti sint, tam diuinæ præcationi suas nugas asserere. Nugas enim iure dixerim ad diuinam doctrinam, quicquid ab hominibus profectum fuerit: Præsertim si quod ab hominibus annexum sit, ad Christum autem conferatur. Quod si quis contendat, hoc ab ipso Christo fuisse additum, necesse est ut fateatur omnes nostros ac totam Romanam Ecclesiam, hæcenus fugisse, bonam partem Dominicæ præcationis omisisse. Ac ne Africanam quidem recte legisse. Nam Cyprianus enarrans specularem libello locum hunc Evangelii, nec verbo quidem agnoscit hanc coronidem. Porro quid eo putant ab Evangelista fuisse additam, quod Chrysostomus interpretetur, leui nituntur argumentum. Siquidem interpretatur ille quod solemnissimus Ecclesiæ Græcicæ, quotidie sonabat: petinde quasi quis enarrans Psalmos, interpretaretur solennem illam coronidem, Gloria Patri & Filio. Nec mirum si hoc dignatus est facere Chrysostomus, cum in Homiliis diligenter exponat Hymnum, quo Monachi quidem soliti sunt consecrare conuiuium suum. In aurea Catena hoc modo citatur Chrysostomus. Quia vero sollicitos nos fecerat inimici memoria, in hoc quod dixerat, Libera nos a malo, rursum audaciam præbet per hoc, quod in quibusdam libris subditur, Quia tuum est regnum, &c. Quod vnde sumptum sit, nescio. Nam hæc verba non reperiuntur in Chrysostomi commentariis. Qui contendunt hanc Coronidem ascriptam fuisse ab Evangelistâ, iidemque confirmant hanc editionem, aut esse Hieronymi, aut certe ab illo castigatam, velim ut explicent nobis, cur ille tantam Sacra præcationis partem ausus sit omittere, qui ne in commentariis quidem vllam huius fecerit mentionem. Hæc cum sint dilucidiora, quam ut argumentis egeant, tamen non defuerunt, qui mihi ex hoc quoque loco grauem struerent calumniam. Caterum Amen, quod Aquila interpretatur fideliter, & hic simili modo videri poterat adiectum, Hieronymus admonet, orationis Dominicæ esse singnaculum.]

Lucas Brugen, Maldonatus, alii eisdem vtuntur testimoniis, Lucas Brugen notis in Græcum Testamentum. Porro Græcis libris qui addunt, suffragantur enarratores Græci, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, & si veteres non Græci, siue Latini fuerint, Auctor operis in Mattheum stro interpreti. Denique Syrius Interpres Latini libri omittenti- bus ad stipulantur Latini tractatores, Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, libris quinto & sexto De Sacramentis, Augustinus, & posteriores; Denique modus ipse recitandi orationem Dominicam in Ecclesia Latina, iam inde ab Apostolorum, credo, temporibus continuus.

Beza non reprehendit Catholicorum sententiam. [Vulgatâ, addit particulam Amen, quæ tamen in Græcis quibusdam non legitur, nec etiam est apud Augustin. lib. De Sermonibus Domini in monte. 2. Notum est autem Christianos sic preces sacras omnes claudere consueuisse: ex qua etiam consuetudine non defunt, qui exstiment totam istam coronidem, quia tuum est regnum, &c. In contextum irrepsisse, magnificam quidem illam & longe sanctissimam, sed quæ tamen in vetustissimis aliquibus cod. Græcis desit, & a Cypri. Augustino & Chrysostomo non explicetur, etiam ubi ex professo totam hanc præcationem, interpretantur. Extat tamen apud Syrum interpretem, & in plerisque Græcis aliis legitur.]

Tollanus igitur sine causa iniuriæ accusat Maldonatum, quod additam clausulam ex consuetudine Græcorum arbitretur, cum enim tot Latini & vetustissimi Græci codices omittant, non magis iniurius censetur,

nemo alio- est in Græcos, qui ait irrepsisse ex consuetudine, quam
rum. in Latinos, qui eos omisit ex estimat. Caluinus so-

Lucas Eu- qui eadem opera mirari poterat, cur D. Lucas omit-
angelista- tat; neque enim ibi non apte quadrabat.

illa omittit- S. 3. Hunnius ait esse partem c. 19. l. 1. Paralip. Ve-
verba. tum eo loco habetur: Tua est Domine magnificentia &

potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus. Deinde
optime respondet Doctissimus noster Greferus de-
fensione Bellarm. 2. de verbo Dei cap. 7. Non quari-
tur, utrum verba illa sint pars divina Scriptura simpliciter,

sed utrum sint pars Scripturae nouæ Græcæ; & quidem capi-
tis sexti apud D. Matthæum; & Græci illius textus. Nam si
est pars no- propterea pars Scripturae Sanctæ nouæ existimari deberent;

scriptu- quia ex libro Paralipomenon translata eo fuissent; non ab ali-
re; si vere- quo Apostolo, aut Euangelista; Sed vel ab incuria, vel inobser-
uantiis; vel a quouis alio priuato, nulla ad id Spiritus San-
cti peculiari vi adactis; tum Hunnius pro sua solertia, Eu-
angelia quotidie, multis partibus attingere posset, transcriptis ex
Genesi, aut alio quopiam antiqui testamenti libro in Euange-
lia quotquot luberet paribus. Num propterea vera partes no-
uæ Scripturae diuinae essent?

VERSUS 16.

Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam.

QUESTIO I.

An ieiunia commendata, & in illis humilitas?

S. 1. **H**ypocritæ erant *συνεταπεινωμένοι*, hoc est, vultu tetrico, moroso, non *χαριτωδὲς καὶ ἡλιάρη*, non sereno, renidente & hilari. Xenophon oppo-
nit hilari. *ἡ ἀρετὴ δὲ αὐτῶν συνδραστηρίων ἦσαν*, Hilares pro-
tristibus erant. *συνδραστηρίων* quidem irascitur, sed tamen fre-
quentius pro tristibus accipitur *συνδραστηρίων*, ita etiam
Genes. 40. *ὃ ὅτι τὰ σπέρματα ὑμῶν σὺνδραστηρίων ὄν-
μεγον*; Cur tristior est solito hodie facies vestra? V-
bi in Hebræo est *עצב* malæ, tristis, deiecit. Sy-
rus ait *בבבב* atrati, quod nonnulli de pullis ves-
tibus accipiunt, hinc *בבבב* sacerdotes idolotum, &
Hebraice *בבבב* 2. Reg. 23. 45. vel sacerdotes, vel æ-
ditui. Mihi potius ab incendendo videntur dici.
Quod thus adolerent, v. ætinas exurent. Porro
בבבב etiam est, commoueri, Gen. 43. 10. *בבבב* turbari,
3. Reg. 3. 26. & perturbari Ose. 11. 9. & *בבבב* irritare
Ose. 10. 6. Itaque & sensus esse posset in Syro,
nolite esse vultu perturbato, irato, quali sunt, quos
aliquis irritauit. Tali vultu erant, ut omnibus osten-
derent, graui ieiuniorum labore se confici, ne clatos
esse posse.

S. 2. Alterum erat, *ἀφανίζεν τὸ πρόσωπον*. Quod
noster vertit: Exterminant; Hieron. demoluntur. Hila-
rius, conficiunt, Chrysost. corrumpunt. Syrus vero *בבבב*
deuastantur, est pulchra allusio; dum hypocritæ, seu
ut Syrus loquitur, acceptores vultuum, vultus suos cor-
rumpunt: Quiddam putant vertendum; obscurant.
ἀφανίζεν est abolere, tollere, efficere, ut non appa-
reant, deformabant ergo illuue, medicamentis, ut pal-
lidi, macilentis, & ieiunio afflicti viderentur. Pro illo
squalore Christus iubet ungere caput, ut ieiunium re-
gant. Erant enim priscis in vltu crebro vñctiones, quæ
nunc sine luxu suspitione non possunt vsurpari.

Quomodo id fieri possit ex Beza primum didici.
Isti quoque hypocritæ comprum & mundiciem omnem
subtrahebant, illuue & squalore fecerunt prodeuntes,
quasi natium vultum e medio tollerent, quale fuit
illum Pisonem personatum stoicum Cicero describit,
& quales Pseudoleus illos præferrim hodie, & Ca-
pucinos cernimus obstipio vultu, & sulphuris vapore
infecto obambulant, ne nunc quidem vidua, imo
nec principes, quorum domus deuorat, animaduertit.

Quam graui sit calumnia vel inde cognosco, quod
in hodiernum vsq; diem, huius artis nullam vnquam
in societate mentionem inaudii, nec vnquam in mien-
te mihi venit ea de recogitare; omnium primo in Beza
legi. Quod si vllus, vel amicus, vel inimicus, etiam A-
postata, qui suam causam, non nisi ordinis sui obte-
ctatione, speciosam reddere potest, id vnquam notauit,
cur nemo protulit: Hoc vigeo, ut iam tot annis, qui-
bus cum mendacis sectatorum societas pugnat, vel
femela vno homine factum ostendant, & calumnia
Beza absoluerit. Quod ad Capucinos, egregia Ecclesie
decora atinet, non egent illi ad deformandos vultus PP. Cap-
ucinos sulphure; vera ieiunia, diuturnaq; & cibarius pa-
nis, olera; multis eorum maciem, palloremq; concu-
liant: in ultos vero ex illis etiam in tanta victus passi-
monia, & austeritate, vegetos, fortes, nitido vultu esse
Deus voluit, ut ostenderet, naturam paucis conten-
tam esse, valetudinemq; & corporum vigorem non diffici-
deliciarum, sed sui muneris esse.

S. 3. Nec minorem iniuriam Paulo Quarto infert,
quem ut ebriosum, & comedonem describit: Vixit il-
le ante Pontificatum sanctæ, & ut Paulus Apostolus, in
ieiuniis multis, annos quatuor menses duos, dies vi-
ginti septem Ecclesiam gubernauit, bello, seditionib;
insidiis agitur, & quia Latium ipsaq; Roma eius tē-
pore in magnas calamitates incidit, populo exulos
fuit; quin multorum fuit in eius electione ingens tri-
stitia, opinione seueritatis, infestus enim fuit curiæ
Romanæ vitiis, reformationemq; morum Cardinalis
vehementer viserat, & Pontifex perse cisset, nisi eum
rebus mortalium mors eripuisset. Nec tep. chendi de-
bet, quod factus pontifex, & tantæ provincie princeps
more aliorum principum mēsam instruxerit. Illa ma-
gnificientia principum non modo illicita non est, sed
etiam decora. De violentia & crapula nō accusatur,
nisi a Beza. In magna laetitia & ferculorum varietate
temperate vixit. Videatur Onuphrius, aliiq; qui vitam
eius scripserunt. Quin ipsum Bezam ætas Pontificis re-
futat, anno ætatis septuagesimo nono Pontificatum
adiit, multis laboribus, vigilis, ieiuniis confectus, to-
ta vita per tor dignitates, legationes, negotiorumque
tractationes transacta, de intemperantia nunquam no-
tatus est. Et quomodo iam octogonarius comestatio-
nibus & ebrietatibus indulgentem describit nequissi-
mus obtektorum Beza? Id præsertim cum imbeci-
la esset valetudine, cum magnis in curis, & sollicitu-
dine ageret, cum Cardinales enocatos vltimum allo-
cutus inter alia testaretur, se propeiso & iucundo ani-
mo vocationem Dei expectare. Suprema eius verba
fuere: *Latatus sum in his quæ dicta sunt mihi in domum Do-
mini ibimus*. Vnde ergo Beza tam maledici tam inuis
occafio? Vnde improbis opus est occasione, sed qua-
libet illis satis, occasionis loco est improbitas, cum
deest occasio. In Bellarmino Cardinale defuit occa-
sio, non defuit Calvinianis malitia, quæ omne occa-
siones anteiret. Occasionem tamen in Paulo 4. fuisse
fateor, sed quæ esset improbis occasio calumniandi,
prudenter laudandi. Vixerat Paulus ante Pontifica-
tum parce, dure, more Pauli crenitæ: Factus Pontifex,
non licuit, non decuit eodem modo vitam agere.
Multis & magnis viris opus erat, per quos negocia ad-
ministraret, ad panem & aquam eos relegere non po-
terat,